AUGUSTINUS. PS. CLEMENS I. PAPA. HENRICUS DE HASSIA. THOMAS HALENSIS. AUGUSTINUS. PROSPER AQUITANUS. MARTINUS DE LEIBITZ. LEGENDAE SANCTORUM

Melk (?), 1461-1469 Seite 138r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=40036
Copyright: Melk, Benediktinerstift



Illud vero quod putant de hac
fide ideo non posse dici quid enim
habes quod non accepisti. quia
in eadem natura remansit licet
viciata que prius sana ac per
fecta donata sit. nichil ad id quod
volunt valere intelligitur si cur
hoc apostolus dixit cogitetur. Agebat
enim ne quisquam gloriaretur quoniam
dissensiones exorte fuerant inter
corinthios xpianos ita ut unus
quisque diceret ego quidem sum
pauli. alius autem ego appollo. a
lius vero ego cephe. et inde ve
tum est ut diceret stulta mundi ele
git deus ut confundat sapien
tes. et infirma mundi elegit deus
ut confundat forcia. et ignobi
lia mundi et contemptibilia e
legit deus et ea que non sunt
tanquam sint ut que sunt euacuet.
ut non gloriet coram deo omnis
caro. Hic certe contra humanam
superbiam satis clara est apostoli in
tencio ne in homine quisque gloriet.
ac per hoc nec in seipso. Denique
cum dixisset ut non gloriet coram
deo omnis caro. ut ostenderet in
quo homo debet gloriari. mox ad
didit. ex ipso autem vos estis in
xpo ihesu qui factus est nobis sapi
encia a deo et iusticia et sancti
ficatio et redemptio. ut quemad
modum scriptum est. qui gloriatur in
domino gloriet. inde peruenit ista eius in
tentio ut postea increpans di
cat. Adhuc enim estis carnales
Cum enim sit inter vos emulatio
et contentio nonne carnales estis
et secundum hominem ambulatis?
Cum enim quis dicat ego quidem
sum pauli alius autem ego appol
lo. nonne homines estis? Quid
ergo est appollo? Quid autem pau
lus? Ministri per quos credidi
stis. et unicuique sicut deus dedit
Ego plantaui appollo rigauit
sed deus incrementum dedit Itaque
neque qui plantat est aliquid
neque qui rigat. sed qui incre
mentum dat deus Videtis ne
nichil agere apostolum nisi ut humili
et homo et exaltet deus solus.
quando quidem in eis qui plan
tant et rigant nec ipsum plan
tatorem et rigatorem dicit esse
aliquid. sed qui incrementum
dat deum? Quamuis et hoc ipsum
quod ille plantat hic rigat non
ipsi sed domino tribuat dicens
unicuique sicut dominus dedit ego pla
taui appollo rigauit Hinc ergo
in eadem intentione persistens
ad hoc uenit ut diceret. itaque ne
mo gloriet in homine Iam enim di
xerat. qui gloriatur in domino gloriet
Post hec et alia non in illa que
hiis connectuntur perducat eadem
ipsa eius intentio ut dicat Hec
autem fratres transfigurauit in me et
appollo propter vos ut in nobis disca
tis ne supra quam scriptum est unus
pro altero inflet aduersus alterum
Quis enim te discernit? Quid
autem habes quod non accepisti?
Si autem et accepisti. quid glori